

1.

König Konrad III. schenkt dem Kloster Garsten für sein Seelenheil und auf Vermittlung seiner Gemahlin, Königin Gertrud, und seiner Mutter Agnes mit Zustimmung seines (Halb-)bruders Markgrafen Heinrich [II. von Österreich] sowie auf Bitten des Abtes Berthold [I.] 400 Hufen in der Riedmark innerhalb eines bezeichneten Bereiches.

1142 [zwischen Januar 20 und Februar 12], Regensburg.

Or. Linz LA: Garsten U 6 (A). — Abschr. um 1190 im Traditionskodex ebenda: Garsten Hs. 1 fol. 13^r-14^r (Nr. 19) (B).

Pusch – Frölich, Dipl. Garstense (1754) 35 Nr. 6 aus A. — UBLOE 1 (1852) 132 Nr. 19 aus B. — UBLOE 2 (1856) 204 Nr. 138 aus A. — Frutaz, Confirmationis cultus praestiti Bertholdo primo abbatis monasterii Garstensis (1964) 118 Nr. 2 aus A. — MGH DD 9 (1969) 115 Nr. 66 aus A.

Ausz.: Ludewig, Rel. manuscr. 4 (1722) 203 Nr. 22 aus A. — Kurz, Beytr. 2 (1808) 496 Nr. 26 aus A.

Reg.: Böhmer, RI (1831) 116 Nr. 2219. — Meiller, Reg. Babenberg (1850) 29 Nr. 1. — Stumpf, KU (1865) 295 Nr. 3434. — Bernhadi, Konrad III. (1883) 263f. — Kos, Gradivo 4 (1915) 104 Nr. 174. — Lenzenweger, Berthold (1958) 207.

Teilabb.: Hausmann, Reichskanzlei (1956) Tafel 13. — Frutaz a. a. O. (1964) Tav. II (litt.) a.

Verfaßt und geschrieben vom königlichen Notar und Kapellan Heribert. Der Zeittansatz des Regensburger Aufenthaltes des Königs im Januar und Februar 1142 ergibt sich aus dem angegebenen 4. Regierungsjahr Konrads, das am 6. März 1142 endete, und aus den zwischen dem 20. Januar und 12. Februar daselbst ausgefertigten Urkunden des Königs (s. MGH DD 9 Nr. 65 und 69).

(C.) † In nomine sanctę et individue trinitatis. Cunradus divina favente clementia Romanorum rex secundus. † Equitas iusticie et regni auctoritas nos admonet ecclesiis deo dicatis more predecessorum nostrorum temporalia largiri, ut in visione glorie regem in decore suo videre mereamur pro temporalibus eterna recepturi. Eapropter omnibus Christi nostrisque fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, qualiter nos pro anime nostre remedio necnon interventu dilecte coniugis nostre Gertrudis regine et Agnetis karissime matris nostre et assensu dilecti fratris nostri Heinrici marchionis ac humili petitione Bertolfi venerabilis abbatis ecclesie Garstensi in honore sanctę dei genitricis Marie consecrate quadringentos mansos in silva nostra, que vocatur Ritmarch, videlicet a fluvio Iowerniz usque ad fluvium Agast et exinde usque ad terminum Sclauorum, legitima donatione concessimus edicto regali statuentes, quatenus prefatus Bertolfus abbas suiue successores et fratres in eadem ecclesia deo famulantes predictos mansos sub termino prenotato constitutos proprietatis iure possideant et

in quoscumque voluerint usus propria deliberatione nostra freti auctoritate redigant. Decernimus ergo, ut nullus successorum nostrorum regum seu imperatorum aut alia quelibet persona magna seu parva hanc nostram concessionem infringat, sed, sicut prenotatum est, abbas ecclesię Garstensis omni deinceps tempora libera possessione obtineat. Ut autem hæc nostra concessio firma permaneat, hanc inde cartam scribi et sigilli nostri impressione insigniri iussimus manuque propria, ut infra videtur, corroborantes, qui presentes aderant, testes subnotari fecimus. Quorum hæc sunt nomina: Theodewinus sanctę Rufinę episcopus apostolicę sedis legatus, Heinricus Ratisbonensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Peregrinus patriarcha Aquilegiensis, Embrico Wirzburgensis episcopus, Otto Ratisbonensis prefectus et filius eius Otto, Fridericus advocatus, Geuehardus comes de Burchusen, Geuehardus comes de Sulzebach, Folcradus comes de Lexmunde, Bertolfus comes de Andês, Őthelricus dux, comes Albertus de Boga, Cŭnradus comes de Bilstein, Vthelricus de Willeringe^a, Hertwic de Hagenowe, Wernhart de Iulbach, Fridericus de Hunesberch, Raffolt de Sconeberch, Otto de Rora^a, Hetel de Wizenbach¹, Poppo de Pæreriswanch.

‡ Signum domini Cŭnradī Romanorum regis secundi. ‡ (M.) (S.sp.)

‡ Ego Arnoldus cancellarius vice Marcolfi Moguntini archiepiscopi et archicancellarii recognovi. ‡ (SI.)

Anno dominicę incarnationis M C XLII, indictione IIII, regnante Cŭnrado Romanorum rege secundo, anno vero regni eius IIII^o, data Ratisbone; in Christo feliciter, amen.

Das durchgedrückte Siegel aus naturfarbenem Wachs stark beschädigt, rund, [+ CŪN-RADVS . DI . GRA . ROMANOR[V . REX . II] (über DI, GRA und V von Romanorum waagrechte Kürzungsstriche); König auf dem Thron sitzend, mit Mantel, [Krone], in der Rechten Szepter, in der Linken Reichsapfel.

^{a)} Danach Raum freigelassen für das Monogramm, das dann, jedoch nicht symmetrisch angeordnet, eingezeichnet wurde

¹⁾ im Druck von Ludewig danach für genealogische Zwecke Dietricus Enencklen hineingefälscht.